



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

30. de relationibus quæ co[n]ueniunt Deo extempore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

S P I T O M E

Et sic principium dicitur relatiuē ad omnia  
quæ ex ipso sunt.

C A P . 3 . Pater eo principium & author Filij  
est, quo Pater est.

A Vg.lib.5.de Trinit. ostendit q̄ Pater Fi  
lij principium dicitur, quia genuit eū.  
Qua ergo notione est Pater, ea princi-  
pium Filij dicitur, id est generatione: secun-  
dum quam etiam dicitur author Filij. Vnde  
Hilar.4.de Trinit. ita ait, Ipse quo Pater di-  
citur, eius quem genuit author ostenditur.

C A P . 4 . Pater & Filius sunt principiū Spi-  
ritus sancti, idque eadem notione.

Q Vum Pater & Filius sunt principium  
vnum Spiritus sancti, & Spiritus san-  
ctus non aliter procedat ab uno  
quam ab altero: sanè intelligi potest Patrem  
& Filium eadem relatione vel notione prin-  
cipium dici Spiritus sancti: quæ nec est Pa-  
ternitas aut Filiatio, sed nobis eius nomen  
incognitum est.

D E R E L A T I O N I B V S Q VAE  
conueniunt Deo ex tempore.

D I S T I N C T . Trigesimæ  
C A P . Vnicun.

Aliqua de Deo dicuntur ex tempore,  
idque sine sui mutatione.

**S**Vnt quædam quæ Deo conueniunt ex tempore sine sui mutatione, & relatiuè dicuntur secundum accidentis: non quæd. accedit Deo, sed creaturis: ut, Creator, Dominus, Refugium, datum vel donatum, &c.

**Cap. 3** De his Aug. lib. 5. de Trinit. dicit: Creator relatiuè dicitur ad creaturam, sicut Dominus ad seruum, &c. Sicut autem non potest esse seruus, qui non habet dominum: sic nec dominus, qui non habet seruum.

*Obiectio.*

**S**ed dicet aliquis: Non est tantum dominus rerū quæ ex tempore cœperunt: sed etiam illius rei quæ non cœpit ex tépore, id est ipsius temporis, quod non cœpit ex tempore, quia nō erat antē tempus q̄ incipere. & ideo nō cœpit esse domin⁹ ex tépore.

Ad quod dici potest, quia licet non cœperit ex tempore dominus esse téporis: cœpit tamen esse dominus téporis, quia nō semper fuit tépus. Et ipsius hominis ex tépore cœpit esse dominus, ut dicit Aug. lib. 5. de Tri. qui

**Ca. 13.** ostendit Deum sine sui mutatione ex tépore dici Dominum. Nūmus enim cùm dicitur, precium relatiuè dicitur: nec tamē mutatus est cū esse cœperit preciū aut pign⁹. Si ergo nūmus potest sine vlla sui mutatione dici toutes relatiuè, ut neq; cū incipit dici, neq; cùm desinit, nihil in eius natura vel forma, qua nūmus est, mutationis fiat: quanto faci-

*Solutio.*

*Simile,*  
quo ostendit  
in na  
turalibus  
relatio acci  
dere alicui  
sine muta  
tione sua.

E P I T O M E

Ius de illa incomutabili Dei substantia debemus accipere, ut dicatur relatiuè ad creaturam: ~~Vt quamvis temporaliter incipiat dici, non tamen ipsi substantiae Dei aliquid accidisse intelligatur: sed illi creature ad quam dicitur.~~ Sicut refugium nostrum fit cum ad eum refugimus. Sic & Pater non incipit esse, cum per eius gratiam regeneramur.

Hic potest solui quæstio, qua queritur *Spiri. san.* an Spiritus sanctus dicatur relatiuè ad se, ut datum vel cum dicitur dari vel donari. Cui quæstioni donū, non di respondentes, dicimus Spiritum sanctum dicitur relatiuè ad se, qui Pater est, cum Filio & Spiritu sancto: & ad illum cui datur. Quia non potest aliquid dici datum, nisi sit qui recipiat. Cum autem Spiritus sanctus dari a se, vel datus a se dicitur, relatiuè quidē dicitur ad illum cui dicitur, & est appellatio relativa: & in illo cui datur mutatio, fit non in dante.

D E A P P R O P R I A T I S.

D I S T I N C T . Trigesimæ primæ

C A P . Primum.

*Aequalitas & similitudo in Diuinis  
non sunt relationes*

**Q** Via sicut simile sibi nihil est (Similitudo enim, ait Hil. sibi ipsi non est) ita Lib. 3, & æquale sibi aliquid non dicitur: ac per hoc sicut simile, ita & æquale re-